

1161

D O G M A T I C I.

1162

initium fit a verbis: *Omne enim bonum nostrum uel ipse est, uel ab ipso est* &c. quae leguntur **L. I. Dist. I. Art. G.** Cetera omnia falva. Singulis Libris praefixi Elenchi, lectio proba. Thecae post-

*Cesset in alterius oculo reprehendere labem,
Qui solet in proprio lumine ferre trabem. Item:
Postquam Nobilitas seruilis cepit amare,
Cepit Nobilitas cum seruis degenerare. Item:
Laetificor per do, sed per dabo munera perdo.
Per do certus ero, sed habebō per dabo sero. &c.*

CCCCLXXIII.

U. 277 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 305. f. max. per duas columnas luculente, pereleganterque scriptus, rubricis, lemniscis marginum, literis initiorum iconismos auro coloribusque picturatos referentibus splendidus exhibet *Petri Ep. Paris. dicti a Patria Lombardi*, Sec. XII. Scriptoris *Libros IV. Sententiarum*, unde *Magistri* vocabulum obtinuit. *Fol. 1.* currente calamo adscripti sunt *Articuli in quibus non tenetur Magister sententiarum*, prout

*In numero cleri quisquis probus optat haberi,
Est opus, ut scriptis iugiter meditetur in istis.*

CCCCLXXIV.

U. 287 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 187. f. per duas columnas minutius exaratus, rubricis pernotatus, et olim testante Theca anteriore *Petri Etter licentia-ti in Artibus et ciuis Wienn. I.* continet aliud *Petri Lombardi Ex-*

caae praeter metricam de peccatis Confessuri Institutionem variae aliae versu conclusae Sententiae commissae sunt, quarum en unam alteramque.

post plures jam Sec. XV. editiones habentur ad calcem *Sententiarum Lovanii 1546. p. 396. f.* Ipsi Operis initium a *Prologo* ducitur, qui inquit: *Cupientes aliquid de Penuria ac tenuitate nostra cum pauperula in gacophylatium domini mittere* &c. Sequitur *Elenchus Capitem L. I.* non adnotatis *Distinctionibus*, quae tamen per Libri decursum notantur in margine, et haec porro sequentium etiam Librorum est ratio. Lectionis probitas non abludit ab Exemplaris magnificentia, ad cuius calcem adjecit Calligraphus:

emplum, quod post *Praefationem Syllabus Capitem* omnium *IV. Librorum* antecedit, *Distinctionibus* per decursum tantum in margine atramento notatis. Ad calcem haec minio: *Maria dorothea. Expliciunt sententiae comparate et scripte per Johannem sacerdotem de ernsprunna interim socius* (Gefellpriester)